

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Acceptio personarum k
cum fonte primo

Iudices iniqui errant a ueritate sentencie
dum intendunt qualitatem persone
et exulcerant sepe iustos,
dum improbe defendunt iniquos.

Ysidorus III. de summo bono.

Iniqui iudices errant in ueritate sententiae,
dum intendunt in qualitate personae
et exulcerant saepe iustos,
dum improbe defendunt iniquos;
qui autem recte praesidere studet
nec partem palpare nouit,
nec cohibere a iustitia didicit.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.53.2 (CCSL
111, P. Cazier ed., p.308, ll.8-12).